

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris Theologia Tripartita Universa

Complectens nunc Bibliothecam perfectam Viri Ecclesiastici, ordine
sequenti

Controversiae Heterodoxae Ac Scholasticae - Cum speciali Notitia rerum
Modernarum, & Chronologia totius Monarchiae Sacrae, & Saecularis,
Pontificum, Conciliorum &c. Haeresum omnium, ac Propositionum
damnatarum Mundi Sex Aetatum ...

Archdekin, Richard

Dilingae, 1687

Caput II. Ostenditur quemlibet, etiam Christianum, non posse in sua fide &
secta salvari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38447

de te quam illa proponit mentem suam manifestare. Deus autem sive per se, sive per alium loquens errare non potest. Unde patet, singula fidei nostra myopia non nisi testimonio tantum humano, sed in ipsa Dei loquentis auctoritate fundari, & ad eam per hanc claram facilemque fidei analysim revocandam esse.

IV. Si querras, quanam sint signa, quibus Deus Ecclesiam suo nomine loqui declarat? Sunt illa in primis, prodigia cœlestia, varicia rerum futurorum, Ecclesia docens Unitas, & Sanctitas, & omnis generis miracula vim nature penitus exsuperantia à Christo, ab Apostolis, aliisque Ecclesia membris omni aëo exhibita, ad comprobandam Ecclesiam Dei nomine loquentis auctoritatem: de quibus tractat pereruditè P. Cornelius Hazart in Triumpho Rel. Flandricè edito. Si vero Ecclesia Dei nomine loquens, & tot notis soli Deo propriis insignita, esset errori obnoxia, hoc ipso adimeret Deus omnem sibi auctoritatem & facultatem hominibus loquendi, sive per externa signa mentem illis suam sine erroris suspicione propalandi. Si enim licet mihi suspicari hanc Dei locutionem, adjunctaque illi notas tam multas, tamque admirandas non esse à Deo, sed ab alia quapiam causa profectas, idem licet pariter mihi suspicari de quavis alia ipsius locutione quibuslibet notis ac prodigiis insignita. Cum ergo ad Dei perfectionem pertineat, sic posse hominibus loqui, ut certi sint ipsum esse qui loquitur, eique teneantur fidem adhibere, spectat quoque ad necessariam ipsius providentiam, ne permitat illis suo nomine proponi doctrinam talibus notis insignitam, nisi per eam velut suuirementem palam indicare. Ex quibusdem aperte concluditur, tantum esse certitudinem ac firmitatem Fidei divinæ per veram eūs Ecclesiā propositā, ut si illa vacillaret, necesse foret in agendo cum creaturis ipsam Dei potentiam, bonitatem, ac sapientiam deficere.

In quo autem certi hominum inveniatur illa Ecclesia per quam Deus mentem suam, fidemque ad facultem necessariam mundo manifestare decrevit, deinceps accuratè investigandum suscipimus.

CAPUT II.

Ostendātur quemlibet, etiam Christianum, non posse in sua Fide & Secta salvati.

ARTICULUS I.

Status controversie, & Argumenta proponuntur.

I. Post Libertinos ante omnes expugnanda est secta Indifferentium, quorum errores mirum quantum hoc aëo invalescunt. Postquam hi allatis supra rationibus adducti Religionis erga Deum, ac porro fidei Christianæ necessitatem agnoveré, nihil sibi ulterius investigandum rati, in qualibet Secta, quam illos vellonus, vel tempus, vel quaestus accommodat, securi conquiscunt. His fane validò docentes hortatu, ac fortis eleborō opus est, ut lethalis iste veterus excutiatur. In hujus verò erroris barathrum duo potissimum hominum genera abforbentur. Primo, homines plebei, qui solo Religionis nomine contenti, tam facile fidem, quam domicilium commutant, etiamque sibi Sectam arripiunt, quam domi natam reperiunt,

Alterum genus est hominum politicis simulandi artibus apprimè imbutum, quos non tam error abducit, quam propria cupiditas exēcat: his mollior vita, investigandi labor, fallax securitas, spes honoris, favoris umbra, omnem Religionis verę, falsèque differentiam obliterat, non minus paratis, si reserferat, aliam Sectam, quam novam vestem assumere.

II. Ut verò in foveam adē latam plures pricipentur, post Serratum, & plures præfertur in Hollandia, & Germania, non dubitat nuper in Anglia Thomas Hobbesius in Elementis Philosophicis, ad hunc errorem temerario aūfū habendas laxare. Contra hos, atque alios hujus temeritatis auctores.

Dico primò: Non potest quivis, qui se Christianum profiteatur, in qualibet horum temporum Secta salvati.

Probatur primò hæc veritas, auctoritate Sacrarum Literarum, quas pro certissimo Dei verbo Sectarii omnnes admittunt. Sic autem loquitur Apostolus ad Ephes. cap. 4. Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma: & ad Hebr. cap. 13. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Ex quibus verbis hoc formabis argumentum. In Ecclesia Christi sicut unus est Dominus, ita unica est Fides, à qua prohibemur abduci. Sed diversarum Sectarum non una est Fides, nunquam enim agnoscer Lutheranus se habere eandem penitus Fidem cum Calvinista communem. Ergo non omnes illæ Sectæ sunt in Ecclesia Christi. Sed in confessio est, extra Ecclesiam Christi non posse obrinari salutem. Ergo non possunt omnes in sua fide, aut Secta salvati.

Declaratur secundò evidenter ratione. Qui enim assertit quilibet credentem in Christum posse in sua fide salvati, admittit etiam Hæreticos olim à primitiva Ecclesia damnatos potuisse in sua fide ad salutem pervenire. Nam ex illis plerique agnoscabant Christum Filium Dei, mundi Redemptorem, & alia ad ejus personam spectantia. Salvati itaque poterunt in sua fæcta Pelagianà à primæva Ecclesia reprobati, quia negabant peccatum originale, & necessitatem gratiæ internæ; Christum verò ejusque divinitatem semper admiserunt. Neque à salute excludi poterunt Nestoriani, qui Christum ut Deum, & hominem, & salvatorem colebant, sed duas in illo personas constituebant. Neque damnandi sunt Macedoniani, qui in Christum per omnia credebant, sed Spiritum Sanctum Filio minorem esse volebant. Neque reprobaverunt Novatiani, qui de Christo rectè senserunt, sed tantum lapsos ad penitentiam admittendos pernegabant. Hoc autem admittere aliud non foret, quam veram & primævam Christi Ecclesiam, actius antiquitatis consensum erroris arguere. Si enim illi in sua fide salvati potuerint, cur tanto molimine contra eos congregati sunt extoro orbe Patres, & Concilia? Cur toties anathematæ à Christi Ecclesia separati? Cur maluerunt omni aëo Christiani potius exilia, tormenta, & ipsam mortem tolerare, quam eorum doctrinam aut Sectam profiteri?

Statuamus etiam hoc tempore aliquem ex iis, qui in Christum credunt, negare infernum damnatis omnibus esse constitutum, aut afflere dæmones aliquando ad cœlum per venturos. Neminem credo reperes, qui admittet talem Sectarium ad salutem posse pervenire. Quantumvis profiteatur se alia Christianæ Fidei dogmata retinere.

Dico

Dico secundò: Non sufficit etiam ad salutem admittere fidei articulos in Symbolo Apostolorum comprehendens, nisi paratus sis recipere reliqua à Deo revelata, dum legitimè proponuntur.

III. Probatur, ex aperto primævæ Ecclesiæ testimoniis, cui nulla potest Secta refragari. Sic autem pronunciat S. Augustinus contra Faustum lib. 13, cap. 3. Qui in Evangelio quod vultis creditis, quod vultis non creditis, vobis potius quam Evangelio creditis. Consentit S. Athanasius in suo Symbolo: Quicunque (*inquit*) vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat Catholican fidem, quam nisi quisque *Integram*, in violatam servaverit, absque dubio in eternum peribit. Atque symbolum fidei quod recitat Athanasius, & Evangelium cui integrè credendum afferit Augustinus, præter fidem in Christum, plorimos continent alios fidei articulos ad salutem necessarios: Ergo qui credit in Christum, & alia fidei mysteria repellit, absque ulla dubitatione æterna salutis iacturam incurrit.

IV. Et verò si solis Symboli articulis fidei Christianæ limites circumscribuntur, quorum Apostolus Gentium propter fidem Circumcisionis tam acerbâ lententia Galatas percellit, & a salute per Christum obtinenda penitus excludit: Nullum illi Symboli apicem refecabant, totam Christi fidem, legemque proximo afflensu suscepserunt. Hoc unum illis obstabat, quod insuper crederent, cum fide Christi circumcitionem sibi ad salutem esse necessariam. Et tamen illis divino spiritu Paulus testatur ad Galatas primo: *Quoniam si circumcidamini, Christus vobis nibil proderit.* Ergo admisit Symboli doctrinā, unicus error circa alios fidei articulos à Christo penitus rescindit, & instar modici fermenti, ut ibidem loquitur Apostolus, tam fidei malam corrumptit.

Hujus ratio cuivis consideranti manifesta, hæc est. Ideò admittit necessarium esse ad salutem credere in Christum, aut ea qua in Symbolo Apostolico continentur, quia illa sunt à Deo hominibus revelata: Divina enim autoritas & revelatio unicum fidei fundamentum est. Sed alia qua in Scripturis continentur, sunt etiam à Deo hominibus revelata, utpote in verbo Dei hominibus proposita. Ergo necessarium est ad salutem credere etiam alia qua in Scripturis facris continentur, cum illa æquè sint à Deo asserta, ejusque autoritate infallibili nitantur. Sicut enim ille qui legem aliquam à Principe latam neglit, aut contemnit, hoc ipso spernit autoritatem legislatoris; sic qui liberè negat aut rejicit unum articulum à Deo revelatum, hoc ipso violat primam ac supremam Dei revelantis autoritatem.

V. Quam verò facilis fallendi prætextus captari possit ex ipso Symbolo privatis secta ciliicis sensibus accommodato, manifestè docet solidissimum illud Ecclesiæ oraculum S. Augustinus lib. 3. contra Donatistas cap. 14. *Fieri potest ut aliquis perversus integrateneat verba Symboli, & tamen non recte credat, fide de ipsa Trinitate, fide de Resurrectione &c.* Idemque sedulo moner de Fide & Symbolo cap. 1. tom. 3. Sub ipsis ergo paucis in Symbolo constitutis, plerumque Heretici venena sua occultante conati sunt. Unde manifestè patet hanc quam prætendunt Adversarii in Articulis Fidei determinandis normam, devium esse trahunt à recte credendorum fide ac salutē æterna falaciter abducantem.

Ex quo ulterius deducitur, illum qui existimat si-

R.P. Arsak. Tom. I.

bis satis esse talimodo in Christum credere, nequidem credere in Christum fide divinā. Si enim Christi personam recuperet ex motivo revelationis, & authoritatis divinæ, admitteret etiam alios articulos, qui sub eodem motivo in Dei verbo, & Ecclesiæ ritè propounduntur. Hos autem qui non admittit, neque vera fide Christo adharet, neque divinæ authoritati acquiescit, sed sua voluntari, ac libentia, per quam fidei articulos sibi cudit, ac recudit, format ac reformat, eamque Sectam eligit, quam suo genio, ac commido magis conformem esse deprehendit.

VI. Dices, Christus Patrem cœlestem sic alloquitur Joan. 17. v. 13. *Hec est vita æterna, ut cognoscant regnum Deum verum; & quem misisti Iesum Christum.* Ergo si hæc duo agnoscas, nihil ad vitam æternam referit, cui porrò doctrina, aut sectæ adhæreas.

Respondeo, ex illo arguento sequi, ne quidem esse necessarium ad salutem, ut credas in Spiritum Sanctum, cum in allegata sententia tantum Patris & Filii mentio habeatur. Unde satis ostenditur alia ad salutem requiri, quam quæ ibi explicitè memorantur. De cetero, methodum generalem respondendi ad alias hujusmodi Scripturas in hac & sequentibus controversiis, vide infra. cap. 9. methodo 2. 3. 4.

Ad extremum hujus infausti dogmatis Architectos, atque affectas paucis interrogo: Si cuivis secta sub Christiano nomine militanti pateat communis ad salutem via, quorum intra ipsa Sectariorum castra tantum exardecunt Religionis dissidia, ac cruenta certamina: Ut alia taceam externa, cur in Anglia Puritani dominant Protestantes, cur hos invadunt Independentes? Cur à paucis annis pro sua utrimque religione armati, legitimi Principis nece, ac mutuo sanguine, velut Cadmæi fratres, sua tela cruentarunt? Poterant, te arbitrio, Secta illa suā quæque semitâ ad eandem salutis metam pertingere: quid igitur tantâ animorum, atque armorum contentione, ad aliam credendi normam adigendæ fuerunt? An non vides (Adiaphorista) Sectas ipsis quas tueri prætendis, suo tibi facto, ac iudicio adverteri: teque causam tam infelicem suscepisse, ut neminem ex omnibus habetas patronum, qui cupis singulis patrocinari?

Verum in hoc dogmate fabricando, de aliis parum te sollicitum existimo, tua te intus causa & conscientia remorderet, qui dum advertis, è commode tuo non es, Sectam cui adhaeres in meliorem commutare, hoc demum agis, ut potius tibi Ecclesiam, quam te Ecclesiæ accommodes, camque ad tua vota ultra suos limites sic in imminutum extendas, ut si non intra veram, saltem non extra imaginariam Ecclesiam te constitutum credas: at cave quofo ne imaginaria quam fingis Ecclesia, te ad gehennam veram, æternaque abducat.

ARTICULUS II.

Occurrunt novo errori Sectariorum, maxime Protestantum, dividentium articulos fidei in Essentialia, & Accidentalia ad salutem non necessarios.

VII. **D**um Sectarii his argumentis ad angustias rediguntur, ex quibus nulla pareret elaborandi via, ut rimâsibi aliquam aperiant novum fingunt discrimen, inter Articulos fidei divina credendos, ut alii sint qui

B 4

sub-

Msde
Kin

Theo.
logia

D 14

12 Cap. II. Art. II. Contra indifferentes ad quamlibet Sectam.

substantiam fidei constituant, alii verò sint accidentales sive levioris momenti, quos liberum fit admittere, vel repudiare salvā fidei integritate. Hanc autem distinctionem moluntur eo consilio, ut persuadeant, dissidia inter varias sectas Protestantū, aliorumq; Novatorum, non tollere necessariam unitatem vera Ecclesiae, nec consistere in fidei fundamentis quae cibit ad salutem sufficient. Hunc labyrinthum ingefus est cum plerique sectarisi recentioribus Antonius de Dominis Apostata lib. 7. de republ. Ecclesiastica cap. 9. & 10. cuius hodie vestigia fermè insistit in Anglia Stillinfletus, & in Hollandia passum moderni Novatores. Hos ut ex suis latibus, in claram veritatis lucem educamus.

Dico primò: Hæc distinctio circa articulos fidei nulla veritatis specie defendi potest.

Probatur, quia oratione, que Deus loquitur & hominibus proponit sunt qualiter vera & certa: Quia infinità Dei revelantis autoritatem nituntur. Atqui omnes articuli nostræ fidei, quos vocas accidentales, Dei loquentis autoritate proponuntur: hoc enim si neges jam frusta supponis illos inter articulos fideiullo modo numerari. Ergo articuli quos vocas accidentales, æqualem cum fundamentalibus veritatem, certitudinem, ac Dei revelantis autoritatem fortuntur. Ergo sine ullo dogmatum discrimine Deo revelanti injuriis, & æternæ damnationi obnoxius esse convincitur, qui vel unum articulum, quem cognoscit à Deo revelatum, admittere recusat. Necminus erit Deo rebellis qui animas à Purgatoriis pœnis, quam qui Sanctos à cœlesti gloria excluderit.

VIII. Quin & ulterius assero, prorsus impossibile esse, ut Deus velit, aut possit nos eximere ab obligatio-ne, firmissimâ fide credendi quemvis articulum, quantumvis exiguum, quem constat ab illo nobis fuisse propositum ac revelatum. Hæc enim duo aper-tè repugnant Deum homini aliquid afferere, & hominem sine gravi injury rem à Deo assertam rejicere ac repudiare, en quo deducit futilis illa & chimérica distinc-tio, quā volunt Novatores omnium sectarum col-luviem in unam Christi Ecclesiam aggregare.

At inquiet, integra foret fides Christiana, eti mul-ta levioris momenti dogmata in sacris literis revelata non fuissent. Quid enim attinet fide divinâ credere, quis fuerit numerus Apostolorum, quod Martha fuerit soror Magdalena, & alia his similia in sacris literis exarata? Ergo nihil fidei prejudicat, si quis pro arbitrio ejusmodi doctrinam rejicit, aut admittat.

At quo abs te, quid attinet credere, Christum passum esse sub Pontio Pilato, quod tamen in symbo-lo inter articulos fidei fundamentales admittis?

Respondeo igitur, inemptam esse argumenti sequen-tiam: Quamvis enim sua fidei confaret integritas, eti ista leviora non fuissent à Deo dictata; postquam ta-men constat illa in verbo Dei contineri, eaque nobis ab infinita Dei sapientia affecti, tradi, proponi; fieri non potest ut patiatur sine gravi offensa ulli penitus articulo à se revelato fidem denegari. Hoc enim tantudem est, ac si diceretur, Deum in rebus minoris momenti falli, aut mentiri, quamvis in rebus gravioribus nolit homines in errorem inducere. At non adveris tam immanni errore totam fidei fabricam labefactari? Si enim vel in minimo liceat divinam au-thoritatem repellere, aut in dubium revocare, jam nulla in ceteris Deo fides, nullafidei nostræ firmi-

tas aut constantia permanebit: Omnia enim à Deo nobis tradita eodem divinae revelationis fundamento nituntur. Atque ita dum articulos tantum fundamentales firmare satagis, totius Religionis fundamentum penitus evertis.

IX. Dico ulterius Secundò: Etsi gratis admittere-tur ista distinctio inter articulos fidei fundamentales, & non fundamentales, impossibile adhuc foret secta-rio discernere, quinam articuli dici deberent funda-mentales, quorum assensus, ceteris exclusis, ad salutem sufficeret.

Probarunt primò, Quia quivis Sectarius, ut sit veri nominis Christianus, habet hunc assensum, *Credo omni-bus qua Deus revelavit*: ergo non potest ullum articulum quem constat in Scripturis contineri à sua fide excludere: alias profiteretur se omnia à Deo revelata amplecti, & simul aliquid à Deo in Scripturis re-velatum repudieret. Hæc autem effet fides fata & planè chimérica; non minus quam si admitteret, omnes homines esse mortales, & simul fæ, ut alios de-signaret à motiendi necessitate eximendos.

X. Secundò, ut sectarius articulos fundamentales à ceteris discernat, necesse est ut aliquam discernendi Regulam in promptu habeat. Non Scripturam: quia eti hanc centies volvas, ac revolvas nusquam numerum, aut nomen articulorum fundamentalium definitum reperies. Non Ecclesiam: hanc enim cupis ex omnibus Sectis conflatam, quæ nunquam habet in sensu scripturarum, & præcipuis fidei articulis conve-nire, ut latius infra ostendam. Supereft igitur ut pro confituendo dogmatum fundamentalium catalogo ad cerebri tui inanem conjecturam Phanaticorum more configuras: aliam Regulam erroris exper-tum pro illo quod singulis articulorum discrimine non assequeris.

XI. Hinc mirum videri possit, hoc tempore in Anglia Bramhallum, & Stillingfletum, quis præ ceteris synecos arbitrantur, adeo in suis scriptis halucinari, ut in hunc errorem plusquam trabalem ultro im-pingant: dum liberè afferunt, Religionis sue articulos fundamentales ac necessarios in quavis orbis Ecclesia, etiam Romana, comprobari. Unde manifestè infero, Religionem Protestantum, quam ipsi profitentur, in quantum Ecclesia Romanae opponuntur, & ab ea præ-cise distinguitur, nullum habere fidei sue articulum fundamentalis, & ad salutem necessarium. Et hinc ulterius confitetur illam, per se consideratam, nomine & essentiâ Ecclesia penitus orbata esse, cum illa pro-ut à ceteris condistincta, tantum profiteatur dogmata quædam inferioris momenti, quam sint articuli funda-mentales, qui ad constituentiam veram Ecclesie esse-ntiam requiruntur, Tales sunt articuli Protestantum purè negativi, Non est Missa, non est Purgatorium, Sanctinon sunt colendi, & alia ejusdem farina affer-tiones, extra fidei substantiam constitutæ, in quibus Protestantum Religio, Romanae fidei opponuntur.

XII. Itaque nunc (viri pererudit) ex doctrina ve-stra manifestè concluso, Protestantum Cœtui, ab Ecclesia Romana ceterisque sejuncto, nihil omnino aliud superesset, nisi imaginariam Ecclesiam umbram, scilicet articulos inferioris, adeoque incerte veritatis, dogmata à fidei fundamentis divulsa, doctrinam adiaphorant, articulos ad salutem non necessarios, ut illos vos ipsi nuncupari non recusat. Et tamen interea ex his paleis ac stipulis (si superis placet), Vos novam, & necessariam

Cap. II. Art. III. Refutatur novum effugium De Art. fundamentalibus. 13

necessariam, & orbis Christiani reformatricem Ecclesiam instauratis: que vest:o etiamnum judicio propriis fundamentis destituta, in has tandem incertae doctrinae auras, & fumos evanescit.

ARTICULUS III.

Ostenditur Protestantes, aliasque Sectas in Articulis etiam fundamentalibus non convenire.

XIII. Ideo primò, Lutherani non consentiunt Calvinistis in articulis quos ipsi nuncupant fundamentales.

Probatur primò; In confessio est nullos articulos magis ad fidei fundamenta pertinere, quam illos qui in Apostolorum symbolo continentur, inter quos enumeratur, Descensus Christi ad inferos. Affirmant autem Calviniani hunc descensum aliud non esse, quam Christum in cruce inferni angustias ac dolores perpessum fuisse, idque docet Calvinus lib. 2. instit. cap. 16. §. 10. & Beza in cap. 26. Matri. v. 37. At ex adverto Lutherani afferunt ipsam Christi animam vere ad inferos descendisse, teste etiam Danico Lutherano in *Refut. ad Osiandrum, & Epimo in Psal. 16.* alisque.

Secundo, ad fidei Christianæ substantiam, quid potest magis requiri, quam doctrina qua circa Baptismi Sacramentum veritas? Fatentur Lutherani Baptismum omnibus etiam infantibus ad salutem esse necessarium. Credunt vero firmiter Calviniani, fidem parentum liberos ante Baptismum iustos ac sanctos esse, filii verò infidelium Baptismum nihil prodesse, eumque illis esse negandum: ita docet ipse Calvinus in *Anrioto Conc. Tridentini* sess. 6. cap. 5.

Tertiò, A Sacramento Eucharistia anima vitam ac salutem dependere pronuntiat Christus *Ioan. 6. v. 33.* *Nisi manducaveritis carnem Filiū hominis, & bibieritis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* De hoc autem Sacramento immanis utrumque discordia. In eo cum Calvinus lib. 4. instit. cap. 17. pernegrat Calvinistæ Christi Corpus aut Sanguinem contineri, solè ejus figurâ contenti. Quantum verò in hoc palmariarticulo ab his dissentiant Lutherani, locuples est testis ipse Lutherus contra articul. Lovaniensem Thesi 2. Anno 1545. *Hereticos (inquit) serio censemus & alienos ab Ecclesia Dei Zwingianos, & omnes Sacramentarios, qui negant corpus & sanguinem Christi ore carnali sumi in venerabili Eucharistia.*

Ex his concludo indeclinabili argumento: Tantum alienus est ab Ecclesia Dei, qui negat articulum fidei fundamentalem, ut ipsi afferunt Adversarii. At qui alienus est ab Ecclesia Dei qui negat corpus & sanguinem Christi sumi in Eucharistia, ut aperte loquitur Lutherus: Ergo doctrina de praesentia Christi in venerabili Eucharistia, in qua secte ille dissentunt, est articulus fidei fundamentalis. Pruis igitur noctem diei conjuges, quam has sectas in fundamentis fidei consociabis.

XIV. Dico secundò, Protestantes in Anglia, esti Calvinistis in Cora Domini, & pluribus adhaereant, in aliis tamen fidei fundamentis ab iisdem recedunt.

Probatur hic diffensus, primò in articulis de vero descensu Christi ad inferos, & Baptismo parvulorum omnibus necessario, quos supra ostendimus esse fundamentales: in his autem Anglia Protestantes se à Calvinistis Genevensibus, ac Puritanis dissentire aperte profiteruntur.

Secundò, quid potest ad substantiam veræ Fidei

magis spectare, quam doctrina de ipso Capite visibili veræ Ecclesie? De hoc verò negant Calvinista Genevenses, posse ullo pacto Regem aliquem, ac multo minus Reginam, militantis Ecclesie Caput constitui, ut testatur Beza in confessione fidei nomine Genevensum ab ipso edita Cap. 5. §. 15. At è contra Anglo-Calvinista five Protestantes firmiter credunt ac tenuerunt, Regem five etiam Reginam in suo regno jure divino supremum Ecclesie principatum tenere.

Tertiò, Anglo-Calvinistæ profitentur à Christo corpus Ecclesie coagmentum esse ex Episcopis, Archiepiscopis, Decanis, Archidiaconis, aliisque gradibus Ecclesiastica hierarchia. At reliqui Calvinista Geneveses, Gallici, Belgici, Germanici, his gradibus ab Ecclesia sua penitus exclusi, sola cum Ministris seniorum Confistoria admittuntur.

XV. Quid reliqua inter hos dogmatum dissidia commemorem? Cum neque in Ecclesie sue Capite, neque in corpore convenienter, quo pacto in necessariis fidei fundamentis coalescent? Dissident igitur toto celo Anglo-Calvinistæ à ceteris Calviniæfclis, atque interim cunctis persuasum volunt, se cum his, atque omnibus orbis Christiani Ecclesias in punctis ad factum necessariis Fidem communem profiteri. Romanos Catholicos, quod imagines colant, idololatras esse non dubitant: Pontificem credunt Antichristum: Papicos, ac nonnunquam Anabaptistas, aliaque Sectas ferro & igne persequuntur: cum hystamen omnibus in tota fidei substantia ad salutem requisita, usque ad minimum apicem firmissimo fædere copulari non recusant. Ad hunc nempe vertiginis spiritum tandem Protestantes adegit sectarum sibi similium confusa multitudine, inter quas perpetuo fluctuant, cum nullam reperiant Ecclesiam firmam, facile, ut in naufragio, quilibet tabulam arripiant, malumque videri cum omnibus esse, quam nullibi tutò confittrunt.

XVI. Hanc quoque in Belgio suo dogmatum, Doctorumque inconfitiam modernam pugnasque innumeris, graphicè describit, & acerbè deplorat D. Samuel Marsilius in suo Tractatu, de afflictione studii Theologici in Belgio confederato pag. 10. Quæ (inquit) Theologia nostra tot monstrois opinioribus adeo deturpata est, ut si Pastores & Doctores, qui denati sunt in Belgio à triginta annis, ad nos reverterentur (Riveri, Polyandri, Thyssi, Spanhemii, Triglandi, Demasti, Schotani, Amelii) putarent se in alterum orbem tempestate delatos, cuius idioma non afficerentur &c. Vide igitur (mi Seccarie) ex oraculo etiam cui doctissimi Marsili, quam perditò loco tua secca, & falsus confitatur.

Declarantur porrò predicta, ex ipsorum Sectarum confessione, & verbis manifestis, & notatu dignissimis pro aliis etiam controversiis.

XVII. Maximum operæ pretium est, ut securis pro fundius admoveatur ad radicem hujus extremi Effugii five Figimenti, quo moderni Sectariorum milles animas ad Catholicam & securam salutem viam aspirantes miserè seducunt, hoc furo fallaci. *Nos à Catholicis, & aliis sectis non discrepamus in articulis fidei substantiis ad salutem requisitis.* Ergo non minus apud nos, quam apud illos poteris saltem adipisci. Si igitur Sectariorum illi nostræ in oppositum demonstrationi quantumvis evidenti non confidant, saltem acquiescent illis

14 Cap. II. Art. III. Discordia Sect. Modern. in Artic. fundamentalibus.

lis, quos Sectæ sue Authores & Duces agnoscent.

Lutherus ejusque affecta profitentur aperte se repugnare Calvinistis de reali Christi præsencia in Eucharistia, quod ad articulos fidei essentiales sine dubio pertinere supra ostendimus.

Joachimus Westphalus Minister Lutheranus cum aliis, Calvinistas *Vulpes* appellant, eo quod subdolè assertant se à Lutheranis in adiaphoris tantum dissidere.

Albertus Graverus Doctor in Saxonia, librum suum inscripsit, *Absurda absurdorum absurdissima, absurda Calvinistica*. Hoccine est in fundamentalibus omnina convenire.

Henricus Ecclardus in Praefatione Illustrissimo Electori Saxoniae Christiano, post multa de calliditate Calvinistarum, & quod titulum inanem Ecclesie circumferant, assertit illos, *Lutheranorum consensum mentiri, & Confessionis Angustana societatem simulare: cum tamen non sit tanta dissimilitudine inter eum, & imam terram, quanta inter Augustanam Confessionem, & Calvinistarum sectam*. Idem in Epistola ad Electorem Joannem Georgium sic pronuntiat: *Si Calvinisti unum cum pane & vino, vere substantialiter, & presenter, ibi corpus & sanguinem Christi sumi, etiam ab indignis, expresse non affirmabunt, & errorem suum valere non jubebunt, nullam nobiscum concordiam in Fide habebunt*. Quomodo possunt illi magis aperte in substantialibus discrepare, quam nullam in Fide concordiam habere? Rursum graviori tono in fine concludit. *Nugantur Calvinisti, cum dicunt, dissidere a nobis, sed in rebus levioribus, non in fundamentis Religionis. Ex articulis enim Cardinalibus ne unum quidem nobis Theologia Calvinistica inviolatum reliquerit. Quenam possit esse ex ore proprio Sectæ confessio luculentior?*

XVIII. Gravius etiamnum idem intonat *Andreas Jacobus Smidelinus* Lutheranus, contra Grineum Calvinistam, nec non *joannes Schutius* libro so. causarum, cap. 48. qui assertunt, *Calvinismum, Arianismum, & Mahometismum, fratres esse & sorores, tres caligas eiusdem panni, camerinam in quam multe heres confluerunt, dent, Satanam iram ultimam*. Et erit adhuc Lutheranus quem non pudeat fingere se cum Calvinistis in substantialibus, ut frater, aut soror, aut quarta caliga proorsus coalescere.

joannes Modestus Luther. In suis Demonstrationibus docet, *Calvinistas non esse Christianos, sed Iudeos baptizatos*. Christianos negatis, & fratres in substantialibus fidei articulis agnoscit.

Conradus Schlüterburgius in tribus libris Theologie Calvinisticæ, ex publicis Calvinistarum scriptis, verbis & Authorum nominibus adductis plusquam ducentos viginti duos illorum errores quasi in viva tabella depingit: demonstrans ibidem, illos de nullo Fidei Christianæ articulo recte sentire: denique lib. 2. art. 1. pronuntiat, *Calvinisticam fidem esse heresim Sacramentariam, & Saranicam blasphemiam*. Sed & ibidem affirmit, à Calvinistis vice versa fidem & doctrinam Lutheri appellari, *doctrinam Schismaticeam & sectariam, Lutheranam vero omnes diabolus incantatione esse excavatas*. Ergo in eo utrimque convenient, quod in articulis fidei substantialibus ad salutem necessarii minimè convenient.

Omitto brevitas studio alios *Lutheranorum* Doctores innumerous, qui proorsus similia in suis scriptis apertissime pronuntiant: quorum plurimi ex *Adamo Contzen* in Jubilo Jubilorum Jubilæi Evangelici, & ex

Georgio Tiskivicio in Theologia antilogica facile posse deprehendi.

XIX. Nunc ex parte *Calvinistarum* illorū Doctores, tales in Articulis Fidei substantialibus Concordiam ut pigmentum inane reprobantes, breviter adduco.

joannes ipse Calvinus sectæ istius Princeps, in admonitione secunda, contra *joachimum Westphalum*, ait, tales esse cum Lutheranis inimicitias, *ut ceteri in rebus fidei cum Turcis & Papistis, quam cum Calvinistis pacem & concordiam sint habituri*. Et in admonitione tertia, Lutheranos ait esse, *vertiginosos, superbos, bestias, desperante impudentes, falsarios, ignorantes quod in Catholicismo tractatur*. Demum in admonitione ultima, denunciat *Westphalo*, nisi circulum de Cœna Domini aliter credat quam Lutherus & Lutherani, *eo loco post hac habendum esse, quo pertinaces Hereticos habebat Paulus*. Si ut Harreticos pertinaces, ergo in articulo fidei substantiali à Calvinianis diffidentes, ipso teste Calvinus.

Acedat proximè pro sua dignitate *jacobus Rex Angliae*, qui in regni sui primordiis isto concordie errore à suis misere seductus, in sua *Apologia* assertuit, *Lutheranos & Calvinistas in quibusdam tantum apicibus dissentire*. At demū in suo *Raslico Doro* perspicuisse pronuntiat, *Puritanos, sive paros Calvinistas, Hereticos esse, & paros ac putos Phariseos*. Idemque libros *joannis Vorstij* Calviniani Lugduni Batavorum publici Professoris, decreto Regio non tantum damnavit tanquam hereticos & impios, sed & flammis in foro Londinensi publicè exuri jussit. Ergo si ut Harretici damnantur illi, & ut Pharisæi, non possunt cum ulla vera Ecclesia in substantialibus convenire: idque ex ipsa serenissimi Regis Definitione, quem *Anglia* sue Ecclesia Caput agnoscit.

Carolustadius inter præcipuos Calvinii Athletas roundè assertit, *Fidem Lutheranam esse similem magice fidei, ariolorum, & demonum*. Nec minus ille inter primos Calvinistas magni nominis *Theodorus Beza* Lutheranorū dogma pro præsencia Christi in Eucharistia, appellat, *Satanam excrementum, Canam verò cenum, in qua vorant furfureum numen: ipsos proinde esse Antichristi nepotes, Christicidas, carnivoros, &c. Nec dissimilia de illis pronuntiar *Bucerus* & *Paranus* ad suam controveriam de Eucharistia, cuius hæc aperta confessio est: *Nonagesimus annus labitur infelix illius dissidi⁹ de sacra Eucharistia, quod Ecclesiæ Evangelicas farigat, debilitat, & lacerat, Pape verò regnum stabilit, & sustinet*. Idemque Lutheranos appellat, *veterum errorum heretumque reditores*. En qualis utriusque Sectæ inter se & cum Papistis in substantialibus concordia!*

XX. Denique ad dogma hoc sumum perniciosum cuius non obsecato spiritus evellendum, sufficiat audire ipsos sectarum modernarum primos Patriarchas illud suis in se mutuo censuris penitus evertentes. Et *Calvini* quidem in hoc de Lutheranis effata nunc supra exhibuius. *Martinus* porro *Lutherus in Tom. 2. VVitemberg.* concordiam istam cum Calvinianis ita execratur, ut contra illam indignabundus in hac verba prorumpat: *Maledicta pax & concordia cum Sacramentariis per omnia secula saeculorum: cui execrationi Calviniani vicissim Amen*. Sæpius accinerunt, ut supra vidimus. Iterum *Lutherus* vehementer infurgens in suis quae scripit *Colloquii mensalibus*. Non alia (inquit) potest fieri concordia inter nos, & Calvinistas, quam qua inter Christum & Judam intercessit. Rursum in

Cap. II. Art. IV. Neglectus Disquisitionis in modernis inexcusabilis. 15

in Thesi 27. contra articulos Lovaniensium: Et in Confessione postrema de Cœna Domini aperte assert, Heretici à se censeri omnes Sacramentarios, qui negant verè corpus & sanguinem Christi ore carnali sum in Eucharistia. Ibidemque propter articulum eundem contra Calvinistas sententiam extremam pronunciantur: Illos esse Sacramentorum hostes, aeternumque damnatos.

Stigmar Calvinista roties à Lutherio & Lutheranis, & vicissim Lutherani à Calvinistis proscribuntur ut Heretici, ut Sacramentorum hostes, & inde ut aeternum damnati; quenam potest esse umbra Concordie inter illos, aut sectas ab iis profuentes, aut Catholicos Romanos, in Articulis fidei ad salutem necessariis. Unde manifeste concluditur, Illum salutis aeterna iacturam facere qui permitit tam palpabili errore sibi illudi, & in istorum secta detinere. Quam vero facile sit scilicet ab errore expedire, & ad vera Religionis notitiam devenire, in sequentibus dilucide ostendemus.

ARTICULUS IV.

Potest vera Religion à falsis Sectis facile discerni, neque excusabilis est Sectarius qui eam non investigat.

I. Ed ex ipsa Sectarum pugna, ac multitudine, plurimi hoc aëvo sibi confidunt speciosum sui erroris praefidum, aut potius desidii latibulum. In tanta, inquietu, Religionum inter se dissidentium colluvie, non ego talis sum Aëdipus, ut possim certo divinare, quanam præ ceteris omnibus integrum fidei veritatem obtineat. Si enim id proprio examine & experientia velim investigare, non ea sum tinctus literaturâ, auro prædictus ingenio acumine, ut possim cunctas sectarum differentias ad trutinam revocare, & omnium argumentorum pugnas dirimere. Quinimo prius me cum mente vita deficeret, quanam dispersas toto orbe Sectas convenirem, ac singularum causas, originem, & coherentiam sine erroris periculo compartam haberem. Si verò velis mihi non meo, sed Doctorum iudicio standum esse: Nescio ego cui Doctorum consensum sit, filium veritatis adeo implexum ita evolvere, ut me ex multiplici tot sectarum labyrintho citra erroris periculum, ad apertam veræ Ecclesiæ lucem educat. Sunt enim in qualibet secta plures qui Doctores appellantur: ut ego inter hos omnes Doctorem præ ceteris veracem scilicet possum, Doctor ipse maximus esse deberem. Quid ergo supereft, quanam ut ego meæ sectæ inhæream, cui à teneris innutritus sum, quam parentes aut amici colunt, pro qua in dubio tam implexo stat apud me diurni temporis possessio: ne veritas incertus, dum charybdim vitare cupio, in scyllam deteriorem incidam. Contra hunc prætextum pluribus communem, coquæ fallaciorem quo magis scutat veritatis specie depingitur.

Dico primò; Admissa Dei providentiâ, vera Religionis innotis insignita esse debet, ut à quovis intellectu bene disposito facilè discernatur.

II. Probatur primò, Si Deus mundum gubernat, evidens est illum Religionem veram instituisse, quâ ab hominibus coli debeat, ut supra initio demonstravi. Frustra autem illam institueret, si non ordinaleret signa & argumenta idonea quibus facile vera illa Religion à Sectis falsis discernetur: frivolum enim foret propone finem, & nihil certi statuere de mediis qui-

bus ad illum pervenire oporteat. Hoc autem fieret, si pro denotanda vera Religion non extarent signa multa illustriora, quanam quæ possint pro quacunque falsa exhiberi. Nam si signa illa ullo modo permanerent aequalia, nullum supereffet medium quo possit vera Religion à falsa discerni, atque adeo hominum errores ex hac parte in ipsum Deum referendi essent, quod de perfectissima, ac humana salutis moderatrice Dei sapientia existimare impium foret.

Probatur secundo, ex obligatione certa quæ quemvis obstringit, ad veram Religionem præ falsâ amplectandam. Hoc autem obligatio nulla prorsus foret, si vera Religion non esset præ Sectis falsis satis explorata. Sicut in aliis Dei præceptis, exempli causâ, ut testimonium perhibeam veritati, nunquam teneor juramentum assumere, dum rei veritas manet dubia, aut tantum probabilis, ne facile contingat Deum à me in falsitatis testem adhiberi. Unde conficitur, infinitam Dei sapientiam sibi manifeste contradicere, si veram Religionem hominibus præciperet, & interea illius præ ceteris signa satis explorata non exhiberet.

III. Hanc autem calumniam divina sapientia nemo facilè importabit, qui studiosè advertet tam in veteri, quanm in novo Testamento, insurgente quovis Religionum confictu, ut in Moysi, Daniele, & Apostolis, Deum veræ Ecclesiæ ea signa præbuisse, quæ facile omnem adversæ partis probabilitatem elidere potuerunt.

Hic proinde non admitto ex notis five motivis tantum probabilitibus, sine ulteriori investigatione, licitum esse aliquam præ ceteris Religionem sufficiere, aut jam sufficiam in aliam commutare. Quamvis enim sola probabilitas plerumque in aliis operationibus valere possit, non ideo in sufficienda quoque novâ Religione sufficere debet. Quia in negotio fidei error erat materialis in ordine ad actiones salutares gravissimè nocere solet: neque deest homini non oscillanti modis quo diligenter investigatione facilè ad veræ Ecclesiæ notas moraliter evidentes devenire possit, qualis adipiscendæ certitudinis via in aliis hominum actionibus constituta non reperitur.

IV. Quærunt hoc tempore aliqui: An ad assensum præbendum articulis fidei, requiratur evidentia etiam omnimoda revelationis divina?

Respondeo, ad assensum fidei debitum, necessariam non esse cognitionem absolutè evidentem revelationis divina. Quia evidentia omnimoda aut metaphysica revelationis ab omnibus in hoc statu haberi nequit, ergo non potest illa omnibus ad assentendum articulis nostrâ fidei esse necessaria. Quod adeo certum est, respectu hominum præfertim rudiorum, ut hoc de fide esse affirmet Suarez hic, diff. 3, sect. 8. n. 5. Dum enim rudiores articulis fidei assensum præbent, non apparet quo modo, aut medio authoritas Dei loquentis ille evidenter proponatur: quinimò paucis doctrinæ contingit ad absolutam revelationis evidentiam ratiocinando penetrare.

Sed quæstio esse potest, An assensus fidei omni ex parte evidens, possit dici supernaturale; De hoc varie sunt, & libera Theologorum sententia. Negant aliqui esse supernaturalem, quia actus fidei evidens, non est liber, neque obscurus, sive argumentum non apparentium, ut ipsi volunt, & requirunt ad actum proprium fidei divinae. Probabilis tamen assensum illum posse esse supernaturalem docent communius Thomistæ, ut recentes

Msde
kin

Theo-
logia

M. 5. v. 1
Bibl.

16 Cap II. Art. IV. Ignorantia in fide qualis ab Hæresi excusat.

recenter tradit *Gouet diff. 1. art. 7. n. 201.* & pro eadem sententia *Scotum* citat Di Castillio, quos sequitur *Herinx* ex Scotis Author recens & eruditus, nec non ex Carmelitis *Bona fœsi*, & ex *Nostris Viques Ariaga Rispalda*, & plures alii.

Quia nulla ratio satis probat habitum fidei non posse influere in assensum evidenter, cum inter evidenter & supernaturalem nullus ostendatur repugnatio, ut patet in acto visionis Beatae, qui simul evidens est, & supernaturalis. Potestigitur cum assensu fidei divina stare evidenter revelationis, sed perperam cum quodam assentitur, hanc evidenter ad fidem nostram esse necessariam.

VI. Sufficit ergo articulos fidei proponic cum notis, quae de veritate revelationis divina ita nos certificant, ut non possimus de ea prudenter dubitare. Ad assensum hujusmodi praestandum nulla modernarum Sectarum sufficietes rationes aut notas exhibere valet.

Dico igitur secundo neque Protestantes, neque alii horum temporum Sectarii possunt in sua conscientia, aut divino tribunali excusari, quamdiu certiores vera Ecclesiae notas non inquirunt.

VII. Probatur, non potest alius excusari, aut bona fide in ea Secta permanere, in qua nequit exhibere vera Ecclesiae signa certiora, quam habeant aliae sectæ, quas ipse devias & falsas esse agnoscit. Atqui neque Protestantes, neque alii Sectarii possunt in suo Cœtu ostendere illa signa aut fundamenta certiora vera Ecclesiae, quam habeant aliae sectæ tam modernæ, quam antiquæ, quas ipsi pro falsis reprobant, & à sua communione rejiciunt. Quinimò à Protestantium confessione de Primatu Ecclesie in Regibus, de Hierarchia & potestate Prælatorum, & pluribus fidei punctis communis iudicio gravissimis, reliqua totius orbis Ecclesiae dissentunt. Quo igitur modo poterit horum alius quis sine ulteriori examine in sua secta securus conquiesceret, quam facile adverterit, præ ceteris lectis à se reprobatis, nullo speciali Dei testimonio, nullo explorata veritatis fundamento subniti?

Atque ut hoc argumentum in brevi dilemmate formius inhereat: Quero ex quovis Protestantum Ministro; An reliquias horum temporum Sectas veras judicet, an falsas? Si dicat veras, jam Ecclesiam suam agnoscit falsam, utpote quæ à ceteris Ecclesiis, quas pro veris habet, ut falsa rejicitur. Si vero reliquias Sectas falsitatis arguit, suam quoque inter falsas numeret necesse est, cum nullum prorsus cohibere possit speciali signum, aut apertum Dei testimonium, quo Ecclesiam suam, præ ceteris à se reprobatis, melioris conditionis esse demonstraret.

VIII. Ex his que haec tenus deduximus aperte conficiunt, quemlibet sua salutis profpicere volentem, debere Religionem veram, & unican sedulò investigare, neque posse sine summa imprudentia ac temeritate hanc curam negligere in negotio totius vitae gravissimo, quale est iactura salutis aeternæ, quæ sine vera fide obtineri non potest. Ut enim à salute aberres, perinde est an quâ culpâ falsam fidem, an nullam profitearis.

Ostenditur ex dictis, qualis ignorantia excusat ab Hæresi formalis.

Dico igitur primò: Ignorantia invincibilis circa Articulos fidei excusat ab Hæresi formalis. Quia cum ignorantia invincibilis sit ea quæ nullà diligentia aut inquisitione hic & nunc ab ignorantе vinci & de-

poni potest, non relinquunt illa libertatem sufficientem ad veritatis electionem: ac proinde error ex taliongantia ortus non est homini liber & voluntarius, quod ad hæresim formalem requiritur.

X. Dico tamen secundo: Ignorantia ista invincibilis non sufficit in homine adulto in ordine ad justificationem in punctis fidei requisitis necessitate Medii, ut est credere in Deum ut Creatorem, Mediatorem, remuneratorem, &c. Quia fides horum mysteriorum, est fundamentum, & prima dispositio ex Dei ordinatione requisita ad actus amoris Dei, vel alios quibus possit homo ad justificationem pervenire, juxta illud Apostoli ad Hebreos cap. 11. Accedentem ad Deum operet credere quia est, & quia inquireribus sermone remuneratur.

Dico tertio: Nulla ignorantia vincibilis sive, ex inquirendi negligentia graviter culpabilis, excusat potest ab heresi formalis, hoc est, à tali errore in fide qui illum apud Deum constitutus reum heresis, & inexcusabilem. Hæc est sententia communior & verior apud Valentiam de fide diff. 1. quest. 11. puncto 1. Thomam Sanchez lib. 2. in decalogium cap. 7. Sotom, Lnd. Lopez, Sayrum, Navarram, Cordubam, Canum &c. contra aliquos apud Card. Lugo de fide diff. 20. scđt. 6. qui quamvis admittant talen contra fidem graviter peccare, negant tamen esse formaliter hereticum.

X. Probatur nostra assertio. Error hominis Christiani circa aliquid mysterium fidei, ortus ex quacunque ignorantia vincibili est simpliciter voluntarius, & graviter contra fidem culpabilis, ut ipsi utraque admittit. Atqui talis error non pertinet ad Paganismum vel Judaismum: cum homo Christianus sic errans adhuc retineat Religionis Christianæ professionem. Ergo error ille pertinet ad Hæresim, cum infidelitas adæquatè in tres species dividatur, Paganismum, Judaismum, & Hæresim.

XI. Dices, Tantum ille censetur absolutè & formaliter hereticus, qui scienter dissentit ab Ecclesia, recedendo ab illis articulis quos ea sufficienter proponit. Atqui ab ea non scienter dissentit qui ab articulis illis recedit ex ignorantia tantum vincibili. Ergo talis non est absolute & formaliter hereticus.

Respondeo dicto majorem. Censetur tantum absolutè & formaliter hereticus qui sic scienter dissentit scientiæ formalis, vel etiam æquivalenti, concedo: scientiæ præcisæ distinctæ & formalis nego. Quia talis ignorantia vincibilis & voluntaria *equiparatur* scientiæ formalis in ordine ad effectum, sive errorem subfæcum, & inde provenientem. Censetur enim sic ignorans noluisse scire veritatem, quando diligentiam sciendi debitam volens omisit: ac proinde voluisse ignorantiam & errorem inde consequentem.

Ex his demum aperte deducitur primò: Non rectè modò in Anglia viros in speciem politos pro sua in hæresi persistentes hoc modo ratiocinari: Ego paratus sum fidem Romanam amplecti, si Rex, & Parlamentum eam esse preferandam declareret. Hoc vero quamdiu non faciunt, ego prudenter resolvo illorum sensum communem, meo privato iudicio preponendum. Ergo errorem in divino tribunali mihi imputabilem non incurro.

XII. Sed facile demonstratur, siue illum prorsus inanem esse in viris rerum quæ in reliquo orbe geruntur non ignorari. Satis enim illi norunt in hoc sui Regis ac Parlamenti sensum ab aliis Regibus, ac Regnis

Cap. II. Art. IV. Dispositio necessaria ad notitiam veræ Ecclesiæ.

17

Regni amplissimis toto pæne orbe improbari. Neque ignorant Notas manifestas antiquitatis, & conformis omnis ævo unitatis vera ac Catholica Religionis, si velint opera non diffici animum ad illas advertere. Quod si prætextus ille coram divino tribunali pondere aliquid haberet, quoilibet hæc tenus omnibus loco, & tempore Hæreticos, imò & Mahometanos in suis erroribus excusat; quorū & Imperator, & imperium, & fenus, maximam orbis nostri partem amplectitur: quod tamen viri illi non parum politi minime admirerint.

XII. Deducitur Secundò, pariratione Ordines Battavicos, & alios alibi variarum Sectarum catus, nullam sibi ex illo prætextu erroris sui excusationem posse presentare.

His annexæ sunt aliqne questiones Theologice, que reperiuntur infra ad finem Tomi 2. in novo Supplemento Theologia Universæ, in Secunda secundo, Tract. de Fide.

Ut autem vera & unica Religio, in qua voluit Deus salutem æternam obtineri, à Sectis fallis securè discernatur, Argumenta hic sequentia, sepositis Partium studiis; sincero propriæ salutis, ac veritatis desiderio ex pendenda erunt.

Sed ad hoc debitè præstandum præmittenda sunt à Curatore five propriæ, five alienæ salutis Media sequentia. De quo vide & alia in praxi Conversacionis cum Hæret. Tomo 3. circa finem cap. 2. §. 1.

PRÆPARATIO ANIMI.

Ad Considerationes sequentes pro sincero veræ Religionis suscipienda desiderio.

XIV. Cum vera Fides sit donum Dei singulare, necesse est primò, ad illud obtainendum cor Deo sincerum & apertum exhibere. Secundò, removenda sunt impedimenta hujus divini beneficij, ut est, Affectus nimius erga commoda temporalia, honores, divitias, amicos, promotiones, humanos respectus, ac favores: plerumque enim nimia cupiditas gratie humanae, obicem in hoc ponit gratia divina. Tertiò, Deponenda sunt Prejudicia haustia ex dictieris Adversantium Religioni Romanæ, & animus ad æquilibrium revocandus, quo statuat nullo alio respectu duci, quam motibus solidis veritatis, & sua salutis. Quartò, Per Orationem, & piis opera ad Deum recurrentum, animus sincerus illi offerendas, ac postulandum cum humilitate gratiae divine adjutorium. His mediis dispositus Cornelius Centurius meruit à Deo ad veram fidem singulariter illustrari *Actorum* 10. In hunc finem Oratio sequens, sic formata ut præparacionem animi prædictam, cuilibet Christiano necessariam, breviter complectatur, admodum erit opportuna.

ORATIO

Disponens ad veræ Fidei notitiam,
& susceptionem sinceram.

Deus meus! & in Te rectè credentium salus aterna!
na! emite lucem tuam & veritatem tuam ut in eternum ad te perveniam, per veram fidem, spem & R.P. Arsdék, Tom. I.

charitatem, sine quibus nulla est spes salutis, sed certa ad ignem eternum damnatio. Scio autem evidenter sciri unus est Deus, ita unicam posse esse Fidei veritatem, unicam veram Ecclesiam, unicam viam salutis aeternæ. O quam essem ego nunc insanus, & postea in perpetuum infelix, si pro illa illecebra huius vita mortalis, ab illa via unica veritatis, & salutis me impediti, aut abduci permitterem.

Protestor igitur nunc coram divina Majestate, hoc mihi propositum esse, hoc firmissimum decretum, illam Fidem & Ecclesiam unicam amplecti, quam præalii veram, & à Deo constitutam esse, sincero corde comprehendam.

Protestor insuper, me ab hoc decreto sincero nolle abduci, sive hujus brevis vita fluxis solatis, sive cupiditate opum aut honorum, sive humanæ quacunque gratiæ, aut respectu. Nihil enim mihi hujusmodi protestus coram iustissimo DEI tribunalí sunt profuturi.

Scio me à veritate DEI eterna premonitum in sarcis Scripturis Matthæi 24. Quod, Multi Pseudo-propheta surgent, & seducunt multos: Et Matthæi 7. Cavendum nobis esse à falsis Prophetis, qui venient ad nos in vestimentis ovium. Ac proinde, non omni spiritu credendum: Sed probando spiritu si ex Deo sunt l. 1. Joan. 4. Non ignoro tales plurimos seductores omni ævo a vera Christi Ecclesia defecisse, & multis etiam per tales ab unitate fidei abducunt: a quibus mihi omni modo cavendum esse firmissime decerno. O quorū Martires Christi ab exordio Ecclesia & deinceps omni tempore, se illis ita opposuerunt, ut non tantum fortunas omnes, sed etiam per immania tormenta sanguinem, & vitam profuderint: nec tamen magis illis sua, quam mihi mea salus necessaria est. Hinc, mi DEVS, mibi omnino decretum est, & erit, montis tuus obtemperare, viam salutis secundum sedulo investigare, & illam semel inventam ad extremum usque spiritu conservare.

Tu igitur splendor Patris, & lux eterna, que illuminas omnem hominem venientem in hunc Mundum, illumina tenebras meas, animumque corroborans, ne hujus mundi cupiditate, aut hominum illecebris abducatur in perditionem: cum impossibile sit tibi sine verâ fide placere, & ignis aeternæ supplicia evadere. Effice per gratiam tuam ut Ecclesia tua unica, quam veram comprehendere, semel aggregatus, tibi firmiter adhaeream in sanctitate & justitia omnibus diebus vita mea. Amen.

CAPUT III.

Argumenta que evincunt, Solam Ecclesiam Romanam esse veram Christi Ecclesiam, in qua salus possit obtineri.

ARGUMENTUM I.

Sola ostendit se potestatem suam à Christo derivare.

I. Illa sola est vera Christi Ecclesia, que ostendit se doctrinam & potestatem suam à Christo & illius

Arsdék
Kin

Theo.
logia

D 11
28